



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtru[m] si est operatio intellectus, sit operatio intellectus speculatiui,
aut practici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Quaestione
tertia
Articulum
quintum.

In articulo 5. circa
illa verba, Diuini
bonum non est obie-
ctum intellectus practi-
ci: Scoria occur-
rit dubitatio ex pro-
logo primi sentent.
ubi ex eo quod Deus
est obiectum rectifi-
cariuum intellectus
creati ad rectam ope-
rationem uoluntatis,
puta amoris ipsius
Dei, & ex ipso sumi-
tur prima principia

i. q. 20. ar. 8.
& 4. di. 4. q. 3.
1. ar. 1. q. 3. &
opus. 3. c. 26. 4.
& 1. Eth. lect.
10.

cut quaedam debita dispositio ad
ipsam: uoluntas autem bona pon-
nitur in numero bonorum, quae
beatum faciunt prout est inclina-
tio quaedam in ipsa: sicut motus
reducitur ad genus sui termini, ut
alteratio ad qualitatem.

ARTICVLVS V.

*Utrum beatitudo sit operatio intel-
lectus speculatiui, an
practici.*

AD QUINTVM sic procedi-
tur. Videtur, quod beati-
tudo consistat in operatione intel-
lectus practici. Finis enim vl-
timus cuiuslibet creaturae consi-
stet in assimilatione ad Deum: sed
homo magis assimilatur Deo
per intellectum practicum, qui
est causa rerum intellectarum,
quam per intellectum specula-
tium, cuius scientia accipitur a
rebus. ergo beatitudo hominis
magis consistit in operatione intel-
lectus practici, quam specula-
tium.

¶ 2 Præter. Beatitudo est perfe-
ctum bonum hominis: sed intel-
lectus practicus magis ordinatur
ad bonum, quam speculatiuus,
qui ordinatur ad verum. Vnde
& secundum perfectionem pra-
ctici intellectus dicimur boni,
non autem secundum perfectio-
nem speculatiui intellectus: sed
secundum eam dicimur scientes,
uel intelligentes. ergo beati-
tudo hominis magis consistit
in actu intellectus practici, quam
speculatiui.

¶ 3 Præterea. Beatitudo est quod-
dam bonum ipsius hominis: sed
speculatiuus intellectus occupa-
tur magis circa ea quae sunt extra
hominem: practicus autem intel-
lectus occupatur circa ea quae
sunt ipsius hominis, scilicet cir-
ca operationes & passiones eius.
ergo beatitudo hominis magis
consistit in operatione intel-
lectus practici, quam intellectus
speculatiui.

SED CONTRA est, quod Aug.
dicit in 1. de Trin. * quod contem-
platio promittitur nobis, actio-
num omnium finis, atque aeter-
na perfectio gaudiorum.

RESPON. Dicendum, quod
beatitudo magis consistit in ope-
ratione speculatiui intellectus,
quam practici: quod patet ex
tribus. Primò quidem ex hoc,
quod si beatitudo hominis est
operatio, oportet, quod sit op-
tima operatio hominis: opti-
ma autem operatio hominis

Est, quae est optima potentia re-
spectu optimi obiecti. Optima
autem potentia est intellectus,
cuius obiectum optimū est bo-
num diuinum, quod quidem
non est obiectum practici intel-
lectus, sed speculatiui. vnde in ta-
li operatione, scilicet in contem-
platione diuinorum, maxime
consistit beatitudo. Et quia vnus-
quisque videtur esse id, quod est
optimum in eo, ut dicitur in 9. &
10. Ethic. * ideo talis operatio
est maxime propria homini, &
maximè delectabilis. Secundo
apparet idem ex hoc, quod contem-
platio maximè quaeritur propter
seipsam: actus autem intellectus
practici nō quaeritur propter se-
ipsum, sed propter actionem: ip-
se autem actus ordinatur ad
aliquem finem. vnde manifestū
est, quod vltimus finis non po-
test consistere in vita actiua, quae
pertinet ad intellectum practi-
cum. Tertio idem apparet ex
hoc, quod in vita contemplatiua
homo communicat cum supe-
rioribus, scilicet cum Deo & an-
gelis, quibus per beatitudinem as-
similatur: sed in his quae pertinet
ad vitam actiuam etiam alia ani-
malia cum homine aequaliter
communicant, licet imperfecte:
& ideo vltima, & perfecta beati-
tudo, quae expectatur in futura
vita, tota principaliter consistit in
contemplatione. Beatitudo au-
tem imperfecta, qualis hic habe-
ri potest, primò quidem & prin-
cipaliter consistit in contempla-
tione: secundario verò in ope-
ratione practici intellectus ordina-
tis actiones, & passiones huma-
nas, ut dicitur in 10. * Ethic.

AD PRIMUM ergo dicendum,
quod similitudo praedicta intel-
lectus practici ad Deum, est secun-
dum proportionalitatem, quia
scilicet habet se ad suum cogni-
tum, sicut Deus ad suum: sed as-
similatio intellectus speculatiui
ad Deum, est in vnionem, vel
informationem, quae est multo
maior assimilatio: & tamen dici
potest, quod respectu principalis co-
gniti, quod est sua essentia, non ha-
bet Deus practicum cognitionē,
sed speculatiuam tantum.

AD SECUNDVM dicendum, quod
intellectus practicus hēt bonum
quod est extra ipsum: sed intellectus
speculatiuus habet bonum in se-
ipso, scilicet contemplationem
veritatis: & si illud bonū sit perfe-
ctum, ex eo totus homo perfici-
tur, & fit bonus: quod quidem
intellectus practicus non habet,
sed ad illud ordinat.

ua, quodammodo di-
spostua non fit im-
perfectior: quoniam
est non in quantum
actiua, in quantum
tamen dispositiua im-
perfectior est, & or-
dinatur ad id, pro
quo disponit, ut si-
nem. Sic autem est
in proposito: nam
actus intellectus pra-
ctici, est in genere
causae efficientis sic
causa actionis, seu
factionis, est nihilominus etiam causa
eiusdem dispositi-
ua. Disponitur enim
homo per actum in-
tellectus practici ad
recte agendum, vel
faciendum. Cum
eum tam ad recte
agendum, quam fa-
ciendum, pluribus ho-
mo indiget, actum
practici intellectus
ad hoc quaerimus, ut
dispositi simus ac
propinqui ad recte
agendum, vel facien-
dum, & sic recte age-
re, vel facere finis
est. Melius tamen,
iudicio meo, dicitur,
quod aliud est com-
parare causam acti-
uam effectui: & aliud
actioni: quoniam
ad illum comparatur
ut aequae, aut magis
perfectae, ad hanc ut
imperfectior: quonia-
m actio causae
actiuae est actus: & cō-
sequenter causa acti-
ua comparat ad actio-
nem, ut potentia ad
actum. Sic autem est
in proposito: quonia-
m actus intellectus pra-
ctici ut sic, respicit
actionem, seu factio-
nem, ut actionem ip-
sius: est enim pro-
pter ipsam, ut suum
complementum. Cum
ergo dicitur, quod
causa non est ignobi-
lior effectui, & c. dico
quod est non est igno-
bilior effectui, est ta-
mē ignobilior actio-
ne, ut potentia est
ignobilior actu: &
quod tā actio, quam
factio comparatur ad
actū intellectus pra-
ctici, ut practicus
est, ut actio, & per-
fectio illius, ut etiam
ipsum nomen practi-
ci testatur: sonat. n.
operatum. Con-
stat enim quod ope-
ratiui actus est ope-
rari, domesticitati do-
mificare, & medici
mederi, unde quod ad
actionē, in principio
moralium Aristoteli di-
xit. Hmōi sermo-
nem

Lib. 9. c. 4.
& 8. li. 10. c.
7. ad finem.
tom. 5.

* esp. 10. in
prin. & c. 8.
parum ante
mediū, 10. 3.

esp. 7. & 8.
tom. 5.

nem suscipimus, non ut scientes scimus, sed operantes. & idē est iudicium de scientia artium: nam non ut scientes, sed ut operantes scimus, artes dicimus, quarum est facere.

In eodem articulo. In responsione ad primum, recolenda sunt ea quae in primo libro in prologo secundo, quae in 14. de practico & speculativo diximus. & consequenter illa interpretanda sunt verba literae huius, quod Deus habet scientiam speculativam tantum de seipso. Est enim hic sermo iuxta communem loquendi usum, quo omnis scientia, aut practica, aut speculativa dicitur.

2.2. q. 167. ad 1. ad 1. & op. 3. ca. 104. 261. & 264. lib. 10. c. 7. a med. tom. 5.

Super Quaestione tertiae Articuli sextum.

In articulo 6. eiusdem quaestio. 3. nota, quare prima principia, scilicet. De quolibet dicitur esse, vel non esse &c. licet secundum ambitum terminorum extendant se ad omnia simpliciter in nobis, id est, in nostra cognitione, non se extendunt ultra id, quo dicere possunt sensibilia: quia scilicet sunt accepta a sensibus, & ab eis dependent quoad ad species & usum. Ex hoc enim provenit quod, nisi quo sensibilem species dicunt, cognoscere nos facere possunt.

* in princ. l. tom. 3. 706 lib. 1. ca. non procul a princ. tomo 3.

In eodem articulo dubium occurrit circa illam propositionem: Nihil perficitur ab aliquo inferiori, nisi secundum quod in inferiori est aliqua participatio superioris. Haec, quam quasi maximam litera assumit, habet manifestas instantias, ut cum homo perficitur ab igne, dum calefit: & quod magis urget, cum sensus perficitur ab exte- rioribus sensibilibus, quod constat esse inferioris ordinis, cum sit in genere inanimatorum: sensus autem in ordine animae sensitivae.

An. huius tit. 4. argu.

Ad evidentiam

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procederet, si ipsemet homo esset ultimus finis: tunc enim consideratio & ordinatio actuum, & passionum eius esset beatitudo. Sed quia ultimus hominis finis est aliud bonum extrinsecum, scilicet Deus, ad quem per operationem intellectus speculativi attingimus: ideo magis beatitudo hominis in operatione intellectus speculativi consistit, quam in operatione intellectus practici.

ARTICULUS VI.

Utrum beatitudo consistat in consideratione scientiarum speculativarum.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod beatitudo hominis consistat in consideratione scientiarum speculativarum. Philosophus enim * dicit in lib. Ethic. quod felicitas est operatio secundum perfectam virtutem, & distinguens virtutes speculativas, non ponit nisi tres, scientiam, sapientiam, & intellectum, quae omnes pertinent ad considerationem scientiarum speculativarum. ergo ultima hominis beatitudo in consideratione scientiarum speculativarum consistit.

¶ 2. Praet. Illud videtur esse ultima hominis beatitudo, quod naturaliter desideratur ab omnibus propter seipsum: sed huiusmodi est consideratio speculativarum scientiarum: quia ut * dicitur in 1. Metaph. Omnes homines natura scire desiderant. & post pauca subditur, Quod speculativa scientia propter se ipsam quaeruntur. ergo in consideratione scientiarum speculativarum consistit beatitudo.

¶ 3. Praet. Beatitudo est ultima hominis perfectio. Vnumquodque autem perficitur, secundum quod reducitur de potentia in actum: intellectus autem humanus reducitur in actum per considerationem scientiarum speculativarum. ergo videtur, quod in huiusmodi consideratione ultima hominis beatitudo consistat.

SED CONTRA est, quod dicit Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua: & loquitur de sapientia speculativarum scientiarum. non ergo consistit in harum consideratione ultima hominis beatitudo.

RESPON. Dicendum, quod sicut * supra dictum est, duplex est hominis beatitudo, una perfecta

A & alia imperfecta. Oportet autem intelligere perfectam beatitudinem, quae attingit ad veram beatitudinis rationem: beatitudinem autem imperfectam, quae non attingit, sed participat quaedam particularem beatitudinis similitudinem. sicut est perfecta prudentia in homine, apud quem est ratio rerum agibilibus: imperfecta autem prudentia est in quibusdam animalibus brutis, in quibus sunt quaedam particulares instinctus ad quaedam opera similia operibus prudentiae. Perfecta igitur beatitudo in consideratione scientiarum speculativarum essentialiter consistere non potest.

Ad cuius evidentiam considerandum est, quod consideratio speculativae scientiae non se extendit ultra virtutem principiorum illius scientiae, quia in principis scientiae, virtualiter tota scientia continetur. Prima autem principia scientiarum speculativarum sunt per sensum accepta, ut patet per Philosophum in principio * Metaph. & in fi. * Poster. Vnde tota consideratio scientiarum speculativarum non potest ultra extendi, quam sensibilem cognitionem ducere potest.

In cognitione autem sensibilem non potest consistere ultima hominis beatitudo, quae est ultima eius perfectio. Non enim aliquid perficitur ab aliquo inferiori, nisi secundum quod in inferiori est aliqua participatio superioris. Manifestum est autem quod formalis lapidis, vel cuiuslibet rei sensibilis, est inferior homine. vnde per formam lapidis non perficitur intellectus in quantum est talis forma, sed in quantum in ea participatur aliquid simile alicui, quod est supra intellectum humanum, sicut flumen intelligibile, vel aliquid huiusmodi. Omne autem quod est per aliud, reducitur ad id quod est per se. unde oportet quod ultima perfectio hominis sit per cognitionem alicuius rei, quae sit supra intellectum humanum. * Ostensum est autem, quod per sensibilia non potest deveniri in cognitionem substantiarum separatarum, quae sunt supra intellectum humanum: unde relinquimus, quod hominis ultima beatitudo non possit esse in consideratione speculativarum scientiarum. Sed sicut in formis sensibilibus participatur aliqua similitudo substantiarum superiorum, ita consideratio scientiarum speculativarum est quaedam participatio verae & perfectae beatitudinis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur in lib. Ethic. de felicitate imperfecta Prima Secunda S. Tho.

huius dicendum est, quod propositio illa pro maxima habenda est: sed non est intelligenda de perfectione secundum quid, sed simpliciter, ita quod sensus est, Nihil perficitur simpliciter per aliquid inferius, nisi &c. Et per hoc excluditur omnis instantia de perfectionibus accidentalibus. Subiectum enim secundum quid tantum perficitur ab huiusmodi perfecti-
onis: radix autem huius propositionis est: quia cum semper agens honorabilius sit patiente, oportet ut eo modo, quo aliquid est perfectibile ab aliquo agente, eodem modo sit ignobilius illo. Si est perfectibile ab eo secundum quid, est ignobilius secundum quid: & si est perfectibile simpliciter, est ignobilius simpliciter. Et quia omne agens agit sibi simile, nec aliter agens perficit patientem, nisi similitudinem suam ei communicando, eiusdem rationis est comparatio aliquid perfectibile ad perfectionem formalem, & proprium agens illius quod ad hoc, quod est esse nobilius, vel ignobilius. Ex hoc enim provenit, quod nihil perficitur simpliciter ab aliquo inferiori, nisi quod participat superius. Nam si simpliciter perficitur ab illo, est simpliciter inferius illo per seipsum: & si illud perfectum est inferius, nunquam ut sic, perficitur simpliciter suum superius: quoniam esset simpliciter superius & inferius respectu eiusdem: quod est impossibile. Et quia intellectus non secundum quid, sed simpliciter perficitur ab intelligibili: quoniam est perfectio propria, & velut substantialis forma, non minus quam quodcumque naturale perfectum materiae primae, ut in tertio de anima ab Averrois exprimitur, & ab Aristotelis inchoatur: id eo impossibile est quod aliquid inferius intellectu perficiat ipsum, nisi in

D. 1077.

* lib. 1. Metaph. non procul a principio 103. & li. 2. Poster. text. vi. par. ante medium tomo 3.

* p. p. q. 88. art. 2.

B 2 quan-